RETECTIO LVTERISMI, QVI SE veteris & Apoſtolicæ Eccleſiæ nomine venditat, in admonitionem edita:

Authore GEORGIO VVICELIO.

ESAIÆ III.
Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt.

PARISIIS,
Apud Guillielmum Chaudiere, via Iacobæa, ſub Temporis inſigni.
1564.

IN NOMINE
IESV.

RES tota ab vno homine pendet, nempe ab authore Schiſmatis. Is diruit, ædificat: ait, negat: tabulas figit, refigit: pro arbitrio ſtatuit, & nihil non pro libitu inſtituit. Secundum hunc cæteri factitant ſine iudicio, quippe cõtenti vnius præiudicio, hoc eſt, Ipſum dixiſſe.

Hæreſiarchæ incon ſtantia.

Illo ſignifero cũ pauculis aliquot mortuo, & primatibus quibuſdam, videbis Schiſmá ne ſit, an Eccleſia. Nam ſal vnde venit, redibit. Quod eſt ex hominibus, diſſoluetur.

Act. 5.

Populus odio magis Sacerdotũ Monachorúmq; & Canonicarum legum, quàm amore Chriſti, à Romana Eccleſia defecit. Id quod prę-

QVERELA EVANGELII APVD HOMINES tam indignis modis contempti & neglecti,

Eodem Vuicelio authore.

LECTORI SALVTEM in Chriſto.

NEMO eſt, quòd certò ſciam, piorum, qui ſi exactè perpendat horum temporum calamitates multiplices, nõ uehementer & doleat, adeóque quem non ſuæ uitæ tædeat. Dic enim mihi per Deum immortalem, quæ dementia cepit uniuerſos mortales, ut tales eſſe nõ ſolùm non pudeat, uerumetiã gaudeant. Si ſpectes bonos, ſapientes, doctos, comperies hoc ipſum ſibi eſſe, quod ſunt. Si ſpectes malos, inſipientes, indoctos, nihil attinet,